

www.e-rara.ch

De sacris aedificiis a Constantino Magno constructis

Ciampini, Giovanni Giustino

Romae, 1693

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13091>

Sanctissimo, ac beatissimo patri, et D.N. Innocentio duodecimo pontifici maximo.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

SANCTISSIMO , AC BEATISSIMO
PATRI, ET D. N.
INNOCENTIO
DUODECIMO
PONTIFICI MAXIMO.

JOANNES CIAMPINUS MAGISTER BREVIUM
Sempiternam Felicitatem.



IN vestrum, BEATISSIME PATER,
veluti in proprium finum spon-
tè convolat meum hoc opus *De*
Sacris Ædificiis à Constantino
Magno constructis. Nam si ea
præcipuè hac in Urbe ædificata respiciamus,
utique reperiemus in illis à plurimis Ponti-
ficibus SANCTITATIS VESTRÆ Præde-
cessoribus, non rarò Pontificalia munia, &
Sacra, pro Christiana Religione, fuisse cele-
brata Concilia, per quæ Fides ipsa, & Regale
Sacerdotium maximè semper visum est ef-
florescere. Quod fanè divino consilio factum
putandum est, ut Urbs Gentium Regina, quæ

olim erat magistra erroris, postmodum, per
Sacram B. Petri Sedem caput Orbis effecta,
Magistra veritatis evaderet. Si verò ad ædi-
ficia in Oriente erecta animum converta-
mus, religiosa ibiloca, in quibus salutis Au-
ctor natus, conversatus, ac mortuus, in Sa-
cras conversa fuisse ædes agnosceremus, quas
Fideles magno religionis, & pietatis sensu,
longis itineribus, indefessis laboribus, spretis-
que periculis, quotidie venerantur. At cum
ista SANCTITATI VESTRÆ ob Christianæ Rei-
publicæ regimen invisere minimè permitta-
tur, saltem mente id facere licebit, si quid otii
ex innumeris Apostolicis sollicitudinibus po-
terit unquam decerpere. Dixi ab innumeris
sollicitudinibus, & jure profectò. SANCTITAS
enim VESTRA ad Ecclesiæ regimen, ita dispo-
nente Domino, assumpta continuo verè Pon-
tificium aperuit animum, omnia in Dei ho-
noris augmentum, in populorum commo-
dum ac salutem, assiduis curis, sepositis omni-
bus humanis rationibus, dirigendo. Magna,
egregiaq; facinora proculdubio à CARDINALE
ANTONIO PIGNATELLO speraverant quicum-
que illum sive in Italia, sive extra Italiam no-
verant, si aliquando ad summum augustissi-
mumque Sacerdotium eveheretur; sed spes
ipfas

ipfas quamvis arduas, difficilesque superâsti
BEATISSIME PATER; quare præ stupore rerum
planè mirabilium, quas SANCTITATEM VE-
STRAM patrantem aspiciunt, obmutescunt
qui alioquin in laudes erumperent. Gratu-
lantur itaque sibi tacitè omnes talem, tan-
tumque Christianæ Reipublicæ datum esse
Moderatorem. Gaudent enim verò cùm vi-
dent in SANCTITATE VESTRA plurimas flo-
rere virtutes, quas majores nostri in supe-
rioribus Pontificibus mirari consueverunt.
Splendet enim, ut è pluribus pauca delibe-
mus, is quo fervet, animarum zelus in novis,
& salutaribus legibus Sacræ Pœnitentiariæ
datis; Sollicitudo pacis, & concordia inter
Christianos Principes ostenditur à Brevibus,
quæ ad eos paternæ charitatis plena transf-
misit. Divini verò cultus, & nitoris in domo
Dei cura, & vigilans Sacrorum Canonum cu-
stodia elucet in Visitatione nuper indicta.
Tam frequentes, tam faciles etiam miserrimis
aditus docent, quanta sit omnes audiendi,
noscendi, solandi cupiditas. Si ad Pauperum
inopiam sublevandam; attentum paternæ
charitatis animum nobis proponimus; ma-
gnificum conspiciamus erectum Hospitium,
& amplissimos redditus assignatos. Si ad
Urbis

Urbis Ecclesiasticique Status politicum regimen oculos convertamus, nova in dies commoda, nova inventa ad ejus felicitatem SANCTITATEM VESTRAM meditantem videmus. Si Tribunalia respicimus præclaros, doctosq; Viros ad Justitiam administrandam electos fuisse gaudemus. Quid plura dicam: nulla præterit dies, quæ in fastis annumeranda, quæ albo describenda lapillo non sit? Quid beatius Christianus populus; Quid Ecclesiastici Status subditi sperare poterant, quam talem, ac tantum sibi datum fuisse Pastorem, atque Pontificem. Pro tanto igitur accepto beneficio, à bonorum omnium Datore omnes nos subditi, omnesque fideles ipsum Deum altissimum enixis precibus deprecari, & debemus, & volumus, ut eidem SANCTITATI VESTRA non diuturnam tantùm vitam, sed prosperè semper valentem, & felicissimam ad Christianæ Reipublicæ beatitatem, ad Sanctæ hujus Sedis, quam VESTRA SANCTITAS tenet incrementum, & gloriam ad SANCTITATIS VESTRÆ nominis perennitatem, & amplissima apud Deum merita. Hæc exopto, hæc apprecor, hæc annuncio, & ad pedes SANCTITATIS VESTRÆ provolutus, eos humillimè exosculor.